Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Gene

Et genuit filios et filias. Et fuerunt omnes
dies seth nongentorum xii annorum et mo-
ritur. Vixit enos xc annos et genuit
cainan. Post cuius ortum vixit
octingentis xv annis et genuit filios et
filias. Factique sunt dies omnes enos nong-
torum v annorum et moritur. Vixit cainan
lxx annis et genuit malaleel.
Et vixit cainan postquam genuit malaleel
octingentis l annis genuitque filios et
filias. Et factus sunt omnes dies cainan
nongenti xc annorum et moritur. Vixit
autem malaleel lxv annis et genuit
iaareth. Et vixit malaleel postquam genuit
iaareth octingentis xxx annis et genuit
filios et filias. Et factus sunt omnes dies
malaleel octingenti xcv annorum et mo-
ritur. Vixit autem iaareth c lxii duo-
bus annis et genuit enoch. Et vixit ia-
areth postquam genuit enoch octingentis
annis et genuit filios et filias. Et factus
omnes dies iaareth nongenti lxii duo
annorum et moritur. Porro enoch vixit
lxv annis et genuit mathusalan. Et
ambulabat enoch cum deo. Vixitque e-
noch postquam genuit mathusalan ccc
annis et genuit filios et filias. Et factus
omnes dies enoch ccc lxv annorum am-
bulavitque cum deo et non apparuit
quia tulit eum dominus. Vixit autem
mathusalan clxxxvii annis et genuit
lamech. Et vixit mathusale postquam genuit
lamech dcc octoginta duobus annis.
Et genuit filios et filias. Et factus sunt omnes
dies mathusale nongenti lxix nonem
annorum et moritur. Vixit autem lamech
clxxxii duobus annis et genuit filium. Vo-
cavitque nomen eius noe dicens. Iste con-
solabitur nos ab operibus nostris et laboribus manuum
nostrarum in terra cui maledixit dominus. Vixitque
lamech postquam genuit noe quingentis
nonaginta v annis et genuit filios et
filias. Factique sunt omnes dies lamech
dccxxx v annorum et moritur. Noe
cum quingentorum esset annorum genuit
sem cham et iaphet. VI.

Cumque coepissent homines multi-
plicari super terram et filios procre-
assent videntes filii dei filias
hominum quod essent pulchras acceperunt
uxores sibi ex omnibus quas elegerant.
Dixitque deus. Non permanebit spiritus meus
in hominibus istis quia caro sunt. Erunt
autem dies illius centum xx annorum. Gigantes
autem erant super terram in diebus illis. Po-
stquam enim ingressi sunt filii dei ad filias ho-
minum illeque genuerunt. Isti sunt potentes
a seculo viri famosi. Videns autem dominus
quod multa malitia hominum esset in terra
cuncta cogitatio cordis intentaque esset
ad malum omni tempore penituit eum quod
hominem fecisset in terra. Et tactus dolore
cordis sui. Delebo inquit hominem quem creavi
a facie terre ab homine usque ad pecus
a reptili usque ad volucres celi. Pe-
nitet enim me fecisse eos. Noe vero in
venit gratiam coram domino. Hic sunt
generationes noe. Noe vir iustus atque per-
fectus fuit in generationibus suis. Et cum deo
ambulavit. Genuitque filios tres sem
cham et iaphet. Corrupta autem est terra
coram domino. Repletaque est iniquitate.
Cumque vidisset deus terram esse corrup-
tam omnis enim caro corrumpebat vi-
am suam super terram. Dixit ad noe. Fi-
nis universe carnis venit coram me. Repleta
est terra iniquitate a facie eorum. Ego dis-
perdam eos cum terra. Fac tibi archam
de lignis levigatis. Mansiunculas in
ea facies. Et bitumine linies intrinse-
cus et extrinsecus. Sic autem facies eam. Tre-
centorum cubitorum erit longitudo arche.
l cubitorum latitudo. xxx cubitorum alti-
tudo illius. Fenestram in archa facies.
Et in cubito consummabis summitatem eius.
Ostium autem arce ponies in latere de-
orsum. Cenacula et tristega facies ei.
Ecce ego adducam diluvium aquarum super
terram ut interficiam omnem carnem
in qua est spiritus vite subter celum. Et universa
que in terra sunt consumentur. Ponamque
fedus meum tecum. Ingredieris archa
tu et filii tui. Uxor tua. Uxores filio-
rum tuorum tecum. Et omnium animantium
universe carnis binas induces in archam
ut vivant tecum. Masculum sexus et
feminam. Volucrum in genere suo
et iumentorum in genere suo. Et omnis rep-
tilis terre secundum genus suum. Bina de om-
nibus ingredientur tecum ut possint vi-
vere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis q